

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 750

**Auteur(s)** : Roger le Messier, du Tréport [particulier]

**Bénéficiaire(s)** : Le Tréport, Saint-Michel (abbaye)

**Genre d'acte** : charte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1256, mars

**Action juridique** : donation

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Donation à l'abbaye, par Roger le Messier, d'un ténement sis au Quesnay

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Laffleur de Kermaingant Pierre, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Michel du Tréport (ordre de Saint-Benoît)*, Paris, Didot, 1880, n° CXCIII, p. 212-213.

## Dissertation critique

Mars 1255 ou 1256 (nouveau style) : Pâques tombe le 28 mars en 1255 et le 16 avril en 1256.

Texte établi d'après a

Notum sit omnibus, presentibus et futuris, quod ego Rogerus, dictus le Messier, et Aelis le Camberesse, uxor mea, de communi assensu nostro, pro salute animarum nostrarum, dedimus, [concessi]mus et penitus deseruimus in puram elemosinam viris religiosus abbati et conventui [.....] Beati Michaelis de Ulteriori Portu totum illud tenementum, quod de ipsis tenebamus [apud] Kesnetum et in territorio ejusdem ville, tam ad campos quam ad villam, videlicet unam [masu]ram sitam inter vicum de Kesneto, ex una parte, et ortum Johannis le Tense, ex altera, [et] aboutat ad managium Wasselini de Mara, ex una parte, et ad terram Mathei, filii [...]. mmi ex altera ; item unum campum, qui campus vocatur campus de le Rue, qui adjacet, [ex] uno sui latere, ad keminum quod ducit de Kesneto apud Sanrei et, alio sui [latere], ad terras Willelmi Florie, Johannis Vavatoris, Walteri, dicti Forestarii, et ad feodum [quod] fuit quondam Willelmi Forestarii, et aboutat, ex uno sui termino, ad terram Osberti [le] Cornier et, ex alio, ad terram Willelmi le Rous et ad terram Johannis Vavatoris ; item unum campum, qui campus vocatur le Grant Camp, qui campus adjacet, ex uno sui latere, ad terram Willelmi, dicti l'apostre et, ex alio, ad terram Johannis le Tense, et aboutat, ex uno sui termino, ad terram Johannis Vavatoris et, ex alio, ad campum qui campus vocatur le Petit Camp, qui campus est de eodem feodo ; item predictum campum, qui campus vocatur le Petit Camp, qui adjacet, ex uno sui latere, ad terram Walteri, dicti Forestarii et, ex alio sui latere, ad predictum campum qui vocatur le Grant Camp, et ad campum predicti Johannis le Tense, et ad campum predicti Willelmi Florie, et aboutat, ex uno sui termino, ad campum predicti Walteri, dicti Forestarii, qui campus vocatur Longe Reie et, ex alio, ad terram predicti Willelmi, dicti l'apostre ; teneindum et habendum totum predictum tenementum, ad campum et ad villam, predictis abbati et conventui, et eorum successoribus, ad faciendum de eo penitus suam voluntatem quiete et pacifice, absque contradictione et reclamatione de nobis et heredibus nostris de cetero facienda. In cujus rei testimonium, presentem cartam munimine sigillorum nostrorum roboravimus. Auctum anno Domini M°. CC°. quinquagesimo quinto, mense marcio. Testibus hiis : Gossone Triket, burgensi de Augo,

Rogero Anglico de Coquina, Hugone de Aula, Roberto Coket, Gaufrido de Capella et Petro Morel, [filii]s armigeris domini abbatis de Ulteriori Portu, et multis aliis.